

ris invenitur, quod magnam nobis utilitatem non pariat.

182. Hieron. Quinto, D. Hieronymus in Regula Monachorum, titulo de obedientia, Non leve est, ait, Deum in exiguo contemnere, qui non tantum ad qualitatem peccati respicit, quantum ad personam contempnim: propter quod non solum homini inveniendum est, quale sit, quod jubetur, sed etiam quantum sit ille, qui jubet. Pondera ultima verba. Omnia, quae sunt de lege, & etiam minima, non sunt contemnenda, sed omnia exacte observanda, quia quamvis ali- quod mandatum parvum videatur; tamen maxime attendenda est, ac consideranda impetrantis auctoritas: qui enim praeceptum transgreditur, majestatem jubentis contemnit.

183. August. Sexto, D. Augustinus lib. 1. de serm. Domini. Per hoc autem, quod ait, Iota unum, aut unus apex, &c. nihil potest aliud intelligi, quam vehementer expressio perfectionis, quando per litteras singulas demonstrata est, inter quas litteras iota minor est ceteris, quia uno ductu fit; apex etiam ipsius aliqua in summo particula, quibus verbis ostendit, in lege servandis. Perfectio in ob- ad effectum, & minima quaeque producti. Iota, & apex, quae sunt minima, ponit Dominus in exemplum, quia perfectio observationis legis in eo fit, quod nec syllaba, nec punctum praetermittatur, sed quod omnia, etiam quae minima videntur, plenissime expleantur.

184. Exod. 10. Dum pro Populi egressu ex Aegypto instat Moyses, ait ad Pharaonem. Cuncti greges pergant nobiscum, non remanebit eis ex ungula, Exod. 10. n. 26. Cur nec parva reliquia e Populo vult Moyses, quod remaneat in Aegypto? Praecepit Dominus, ut Populus discedens ex terra illa omnia sua secum asportaret ut observat Benedictus Pereira; & ita studiosus est Moyses in adimplendis divinis mandatis usque ad amissum; ut ne in parva ungula velit praeterire, ac inobservata relinquere. Cyrillus Alexandrinus lib. 1. de Adoratione, Oportet, ait, ut qui in veram se libertatem asserere velint, studeant a malis abscedere, & semitam ingredi, quae ad virtutes ducit, nullasque omnino, aut animae, aut mentis reliquias dimovere, per quas iterum sub Diaboli dominatum redigamur. Qui semitam Evangelicam ingreditur, ut reliquias peccati, ac transgressionis debet in se admittere, sed omnia excludere, ut in perfecta norma vivat.

Matth. 6. v. 19. Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum: qui autem fecerit; & docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum.

VERSIONES.

Syriacus. Quisquis igitur solverit unum ex mandatis hisce minimis, & ita docuerit homines. Solverit unum mandato-

rum istorum minimo- rum.

Chrysofom. hom. 16. Quicumque solverit.

EXPOSITIO.

OSTUAM Dominus explicavit, quanto ipse ad legem implendam feratur studio; modò exhortatur alios ad illius observationem suo superius praescripto exemplo quod nil legis absque implatione relinquet. Et ait: Qui solverit; seu quicumque. Ad omnes aequaliter ponit suas leges. De mandatis istis minimis. D. Augustinus lib. 1. de serm. Domini in monte, hoc refert ad mandata legis veteris, quandiu illa vim habuit. Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, quae ego non veni solvere, sed adimplere. D. Chrysofomus homil. 16. Theophyl. docent, loqui Christum Dominum de mandatis legis novae, cujus aliqua ipse statim à sequenti versu, Nisi abundaveris iustitia vestra, &c. erat traditus. Et haec sententia inde est probabilior, quia lex vetus post breve tempus in Christi morte erat abroganda, & suam legem novam Dominus praecipiebat promulgare. Sunt etiam aliqui recentiores, qui hoc ita restringunt, ut de praecipis Decalogi tantum intelligant; sed communior & verior est sententia Chrysofomi.

De mandatis istis minimis. Intelligit ea mandata, quae in lege videntur minima, ut sunt venialia, ut vult Caietanus. Vel etiam, & probabilis, ut docent Maldonatus, Cornelius à Lapide, quae obligant ad mortale: non quia in se sunt minima, sed quia in opinione Pharisaeorum ita reputabantur. Et ideo haec sententia est probabilior, quia Christus ab hoc loco, ut videbitur cap. sequenti, refutat falsam doctrinam Pharisaeorum, qui dicebant, quod actiones externae ad alterandis, occidendi, essent peccata mortalia; interna tamen desideria, & concupiscentias censabant esse quid minimum & vix ullum peccatum: Christus autem docet, mortalia, ob illaque hominem damnandum, quamvis, ex obligantibus ad mortale, sit minimum.

Et docuerit sic homines. Preme illud verbum sic, seu, ut habet Syriacus, ita. D. Hieronymus, sic, Hieron. hoc est, ut ego facio, ac si dicat: Qui solverit unum de mandatis istis minimis, damnabitur, etiam si exhortetur, & doceat alios ad recte observandum, sicut & ego facio. Tamen multò accommodatius ad litteram D. Augustinus, Chrysofomus, S. Thomas, hoc modo explanant, qui docuerit, sic, ut solvit; seu qui docuerit, secundum, id quod solvit, minimus erit.

Minimus vocabitur. Ita aliqui explicant, qui commissio peccato veniali legis mandatum violaverit, in regno caelorum erit, sed in minimo loco. Tamen Chryf. & Theoph. per minimum, nullum interpretantur, id est, nullus erit in regno caelorum; nam in regno caelorum omnes sunt magni utpote Reges, filij Dei, & coheredes Christi; qui autem solverit, nullus erit, nullus reputabitur. Et magna emphasi Dominus non dixit nullus erit, sed minimus erit. Quia si vos, o Pharisaei, gravia legis mandata, ut non concupiscere mulierem,

mulierem, non habere propositum occidendi, dicitis mandata levia, & ferè nullam obligationem inducentia, ideo vos etiam pariter coram iudice censerebimini minores, minimi, ac nulli. In regno caelorum, August. de Gregor. lib. 19. Moral. cap. 5. Ecclesiam interpretatur, Chrysofom. Theophylactus intelligunt regnum caelorum, Resurrectionis, & ultimi iudicij tempus in quo à Iudice minimi & ultimi declarabuntur. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus. Non fat est solum docere, sed necesse est prius facere. Quo circa, ait Divus Paulinus lib. 2. Epistol. 23. sermone, & vna rutilare, opus est. Magnus erit in Ecclesia Praeful, & doctor, magnus etiam in resurrectione mortuorum, ac in regno caelorum, ubi omnes magni sunt, ut notat Hugo.

August. Gregor. Theophyl. Chylof.

189.

Paulin.

Hugo.

QUESTIO XXVII.

Si ille, qui solvit minima mandata, dicitur minimus, qui solverit majora, quomodo appellabitur?

190. In praesenti textu ait Dominus suis: Qui solverit unum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur. Si ergo solverit unum de mandatis majoribus, qualem dicetur; nec enim est minor minimo? Respondet Albertus Mag. quod dicitur minimus, quia ex solutione unius minimi mandati, tota virtus gratiae labefactatur. Jam enim tendit homo ad ruinam, Eccles. 19. numero 1. Qui spernit modica, paulatim decidet. Ac proinde qui solvit magna, & minima mandata, non habet aequalem in sua gravitate transgressionem, sed ex levisiori disponitur, & prolabitur in aliam graviolem, & jam ad praecipitium, ac ruinam tendit. Vide superiorem questionem. Secundò dicendum cum Eusebio Emiseno Abulensi, ut dicam quaestione seq. quod Dominus hic loquitur de eo, qui solvit majora, & minora mandata. Ac si dicat: Non solum, qui solverit majora praeccepta, sed etiam qui solverit minora, erit minimus, hoc est, inter damnatos computabitur, quamvis unus alio juxta qualitatem delicti ad graviolem penam sit deputatus à Iudice, Apocal. 19. num. 7. Quantum glorificavit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum.

Eccles. 19.

Ex leviori crimine in gravius prolabitur commissor.

Emiseno. Abulensi.

Apoc. 19.

191.

Peccata gravia nullis verbis explicari valent.

1. Reg. 2.

Judic. 2. & 4.

licto inquit Caietanus citato cap. 2. Peccaverunt peccato maximo, colendo Deos alienos. Et Carthusianus ad cap. 4. ait: Ponitur hic malum pro malorum, scilicet culpae, congerie, Et Abulensis ibidem, quaest. 1. Ponitur hic, malum scilicet colere idola, quia cetera mala, quasi venialia Deus reputabat in iis Judaeis, si in hoc non peccarent. Si ego Idolatriae crimen tam grave, ac abominabile est, cur aliquot ponderosis, ac plenis verbis non exaggeratur, & sicut de peccato filiorum Heli dicitur, Erat grande nimis, cur non ita dicitur de execratissimo Idolatriae scelere; sed ait textus: Fecerunt malum; Aded turpissimum est, & detestabile Idolatriae flagitium, ut ad tantum scelus exprimendum pauca videantur omnia verba; ac proinde facer textus contentus est dicere, Fecerunt malum; sub quo omnia malorum intelligit genera.

Carrhus. Caietan.

Abulensi.

192.

Quae enim maxima sunt, saepe verbis non explicantur, sed silentio involvuntur. Cum post egressum à Jerusalem Magi vident stellam, quae apparuerat eis in Oriente, descuntur, Gavisus sunt gaudio magno valde, Matth. 2. num. 10. Et tamen, cum intrant domum, & Christum natum vident multo majori sunt gaudio perfusi: facer non possunt. tamen Evangelista, qualis haec nimis perjuranditas fuerit, non scribit: nam ad tantum gaudium exprimendum, ut nostro utar dicendi modo, nulla videbantur sufficere verba, ac proinde silentio fuit involvendum, nostraeque hoc considerationi committendum.

Marth. 2. Magna verum bis explicari non possunt.

QUESTIO XXVIII.

Quare Christus appellet praeccepta minima?

DUM mandatum legis etiam minimum solvitur, peccatum committitur, per quod fit offensa, & injuria Deo, & dixi in expositione quod per mandata minima intelligit Dominus ea, quae obligant ad mortale: atqui, quilibet offensa, & injuria Dei est gravissimum malum: deinde haec mandata, à Domino tradenda, erant valde magna, & sublimia, inquit Chrysofomus statim citandus, quomodo ergo haec mandata dicuntur minima?

193. Difficultas quaesitionis.

Respondeo primò, quod appellat minima mandata ea, quae in Pharisaeorum opinione reputabantur minima: nam ipsi falsò dicebant, interna desideria occidendi, adulterandi, aut vix, aut nullum esse peccatum, ut dixi in expositione, & latius explicabo cap. seq. Christus hanc errorem ab hoc loco incipit refutare, & docet, quod qui illa solverit, erit minimus, atque damnandus; Et in hac sententia est Imperfectus homil. in principio. Praeccepta, ait, Christi, quae apud Scitabas, & Pharisaeos minima existimabantur. Secundò Caietanus, minima asserit dici, quia sunt, quae obligant ad veniale. Tertio Hugo, quae apud homines reputantur contemptibilia. Quarto, D. Thomas intelligit aliqua praeccepta moralia, & legalia legis, quae in significatione, & representatione minus erant.

194. Prima, & verior solutio.

Imperfectus.

Caietan. Hugo.

D. Thom.

Quintò, D. Chrysofomus homil. 16. ait: Dominus tam magna, ac sublimia mandata vocat minima, quia conditurus erat ipse legem; & sicut

195. Chylof.

Theophil. Euthym. Propria reputentur minima.

Imperfect.

Actus internus minus peccatum, quam externus.

196. Eusebius.

Euseb. Abulen. Janfenius.

197.

Matth. 11.

August. Bernard. August. Joan. 5. Amantissima suavia.

2. Cor. 4.

Chrysol. Vbi Dei mandatum, ibi levitas, & suavia.

198. Jofue. 14.

femetipsum humiliat ac mediocritia de se ipsa loquitur; ita & de suis preceptis: & ut extenuaret, & declinaret invidiam suorum inimicorum, humilitatis gratia, tam magna mandata dicit minima. Similiter Theophylactus, Sexto Euthymius. Vocat precepta minima, ne extollerentur, qui ea servarent, docens nos, propria attenuare, quamvis magna sint, & excelsa. Septimo Imperfectus homil. 10. ait, quod hanc mandata videntur minima, quia si comparantur cum majoribus mandatis, minora sunt peccata, quae contra haec minora precepta committunt, quam quae adversus majora fiunt. Verbi gratia, mandatum: Non irascaris fratri, minus est, si conferratur cum precepto: Non occides; peccatum enim irae, quod corde retinetur, minus est, quam homicidium exterius perpetratum. Ita ait Imperfectus: Minima mandata ista dicit Dominus non irascaris, non concupisces, quia in observando quidem magna sunt, in peccando autem minima videntur, quantum ad homines negligentes, ut latius explicat ipse auctor. Nam declinare actum irae, vel concupiscentia internum ob nostram fragilitatem, in observando quid difficile; ait in ratione peccati ipse actus internus quid minus est, quam externum, & actuale homicidium. Vide ipsum Imperfectum.

Octavo, Eusebius Emissenus in homil. de hoc Evangelio, ait, quod illa precepta, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum sicut te ipsum. Maxima igitur, ait, haec duo sunt, & illa decem, quae digito Dei in tabulis lapideis scripta sunt. Ad horum itaque comparationem alia omnia, vel minora, vel minima intelligi possunt. Nondum idem Eusebius, Abulenensis quast. 101. Janfenius inquit, quod Christus non vocat minima mandata omnia, quae tradebat, sed ait minima, ac si diceret: non solum qui solverit aliquod mandatum magnum de his, quae praedico, erit minimus in regno caelorum, sed etiam qui solverit aliquod minimum. Et ait Abulenensis: nam qui scienter docet contra aliquod mandatum novi Testamenti, haereticus est, & infidelis.

Decimo. Vocat Dominus sua precepta minima; quia jugum meum suave est, & onus meum leve, Matth. 11. num. ult. Ita enim suavia, ac levia sunt precepta Domini, si cum amore, ac obedientia conferantur, ut minima videantur. Divus Augustinus serm. 9. de verbis Domini, D. Bernard. serm. 4. in Cantic. Onus Christi leve est, leve tamen amantibus. Et D. Augustinus lib. de natura, & gratia, explicat illud 1. Joan. 5. num. 3. Mandata ejus gratia non sunt; ait S. Doctor: Quomodo est grave, cum sit dilectionis mandatum. Omnia ergo legis divinae precepta ita suavia, ac levia sunt amanti, ut tanquam minima videantur. Ait Paulus 2. Corinth. 4. num. 17. Id, quod in praesenti est momentaneum, & leve tribulationis nostra: seu, ut legit Chrysolomus, Momentanea levitas afflictionis nostra. Ab Apostolo enim suae praedicationis, ac afflictionis tempus per multos annos perseverans praeparavit, ac obedientiam (nam ei mandatum erat, ut portaret nomen Christi in Gentibus) quaedam minima, & modica levitas, ut ait D. Thomas, reputabatur.

Numerat Jofue multas diversis ex Gentibus ab Israel reportatas victorias: Ejeci eos de locis suis duos Reges, Amorraeorum, non in gladio, nec

in arcu tuo, Jofue 24. num. 12. Et tamen si facram consulas Scripturam, contra hoc pugnavit Israel in ore gladii, Numer. 21. num. 24. Sicut & ipsos Amorraeos, & alias gentes idem Jofue debellavit, ac ejecit de terra promissionis, ut patet a cap. 8. Quomodo ergo dicitur, quod nec in gladio, nec in arcu tuo peractum est praedium? Abulenensis ibidem, Non est sensus, ait, quod Israelita non pugnaverint contra gentes istas, pugnaverunt, & diluerunt eas; sed cum timerent, Deus hortabatur, ut non timerent. Gestum est praedium, adhortante, & praecipiente Domino, Deuteronom. 2. numero. 24. Jofue 8. numero 1. Et cum stante Dei mandato, bellum esset commissum, tanta facilitate, ac suavitate totum est peractum, ac si nullus ibi militaris strepitus, nec gladius, nec sagitta interveniret, aut adesset.

QUESTIO XXIX.

Quare Dominus absolute ait, quod qui fecerit haec, erit magnus, absque eo quod exprimat aliquid, sicut exprimit in solvete?

ALDE diversimode loquitur Dominus de solvete, ac faciente mandata: nam dum de eo, qui servat mandata, exprimit minima: Qui solverit unum de mandatis istis minimis; dom sermonem instituit de adimplente, absolute ait: Qui fecerit, & docuerit, magnus vocabitur in regno caelorum, absque eo, quod determinet, ac declaret, qui fecerit magna, vel minima.

Respondeo primo ex Eusebio Emisseno, Abulen. & aliis, ut dixi superiori quaest. in nona ratione, quod ita intelligitur praesens textus, quod qui solverit unum de mandatis istis minimis, sive sit mandatum magnum, sive parvum vocabitur minimus, cum inter damnatos sit computandus: ita qui fecerit haec sive magna, sive majora mandata, magnus erit, cum sit in regno caelorum, in quo omnes sunt magni, nobiles, & Reges, quamvis pro diversitate meritum differant in remuneratione gloriae: Stella ab stella differt in claritate; sic & resurrectio mortuorum, 1. Corinth. 15. num. 41. Secundo D. Augustinus lib. 1. de serm. Domini in monte, ad illa verba: Nisi abundaverit justitia vestra; ita explicat, quod ille, qui implevit aliquod minimum legis, ut non occidat, non continuus erit magnus, idoneus regno caelorum, sed tamen ascendit aliquem gradum: perficietur autem; si non irascatur sine causa; ac proinde ut sit magnus, requiritur, ut faciat magna, nec occidendo, nec irascendo.

Tertio, Rupertus lib. 4. in Matth. notat, quod dum de non implente mandata agit, minima commemorat: Qui solverit unum de mandatis istis minimis; at dum de adimplente loquitur, nec magna, nec parva determinat, sed absolute fatetur, quia praerelata magnitudo non solum de magnis, sed etiam de parvis coalescit, ac crescit; & ad gloriosos triumphos non solum magna, sed etiam parva conveniunt. Pollicetur Deus Abrahamo,

Numer. 21.

Abulen.

Vbi Dei mandatum, ibi magna factitas.

199. Difficultas quaestio.

100. Euseb. Abulen.

1. Cor. 15. August.

201. Rupertus.

Magnitudo etiam ex minimis coalescit.

Genes. 12. septuag.

Cajetan.

hamo, quod faceret ipsum in gentem magnam, Gen. 12. num. 1. & quod semen ejus futurum esset sicut stellae caelo, Gen. 15. num. 5. & etiam ait: Faciam semen tuum pulverem terrae, Genes. 13. num. 16. seu, ut habent Septuaginta, sicut arenae terrae. Abrahamo, qui magnificandus est in terra, & in gentem magnam dilatandus, optime dicitur, quod filij ejus erunt sicut stellae caeli, quae sua magnitudine superant terram. Sed ad quid additur, quod erunt sicut pulvis, seu arenae terrae? Quia praerelata excellentia filiorum Abrahamae, non solum componenda erat ex magnis, & amplis, verum etiam ex parvis, ac minutissimis granis arenae, & pulveris. Cajetanus, Vide progressum, ait, prius promiserat: Faciam te in gentem magnam; modo augendo dicit, sicut pulverem terrae, Expende verba, Postquam Abrahamo promittitur: Faciam te in gentem magnam, augendo ei dicitur: sicut pulverem terrae; quia etiam ipsa magnitudo augetur ex minima, & levissima pulveris festuca.



CAP. XII.

Abundet justitia, dimittatur ira.

Matth. 5. n. 20. Dico enim vobis quia nisi abundaverit justitia vestra, plusquam Scribarum, & Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum.

VERSIONES.

Tertul. lib. 1. con. Nisi redundaverit justitia vestra. Marc. c. vestra.

23. Ep. lib. de Monog. c. 7.

S. Justin. Mart. Nisi justitia vestra major fuerit quam Scribarum, & Pharisaeorum.

Text. Graecus. Quod nisi abundaverit.

D. Paulinus. Nisi abundaverit justitia vestra super justitiam.

Varabius. Nequaquam intraveritis in regnum.

EXPOSITIO.

DIXERAT Dominus supra, se non venisse ad solvendam legem, sed ad implendam, & ita intendit, ut sui sint legis observatores exactissimi; ac non solum vult, ut ipsam implerent eo modo, quo Scribae, & Pharisei, sed ut legis observatione abundent, & excellent. Et ad hoc eos est exhortatus, primum, suo exemplo: Non veni solvere legem, sed implere. Ita enim non praeferit a lege, &c. Secundo, magno proposito praemio: Qui fecerit, & docuerit, Syleira in Evang. Tom. 11.

rit, magnus erit. Tertio, nunc adhibita poena: Quos favoris non alliciant, poena trahunt. Non intrabitis in regnum caelorum, qui enim nec exemplis moventur, nec allicuntur favoribus saepe poenis trahuntur. Vide supra cap. 11. n. 61. 62. & 63. & num. 106. & 107.

Dico. Magnam vim habet, ut notat Hugo (nam, ut ait D. Paschasius, ipsamet Dei majestas loquitur) hoc est, constanter, ac firmiter assevero, & dico: Quia nisi abundaverit justitia vestra. Quia, id est, quod juxta radicem Graecam, Abundaverit, id est, excelluerit, ac major, & plenior fuerit. Justitia vestra. Pro universitate virtutum poni, existimant Chrysolomus, Theophylactus, Euthymius. Facilius intelligitur vestra justitia, hoc est vestra legis observatio, seu adimpletio legis, ac meorum mandatorum, quae ego, addo, ut explanant Divus Augustinus, S. Thomas. Et haec dicitur justitia, quia observatione mandatorum Dei justificamur. Plusquam Scribarum, & Pharisaeorum. Scribae erant legis doctores; Pharisei viri, qui maxime se gloriabantur de observatione legis, ut dixi supra cap. 3. quaest. 2. Dicebat Phariseus: Decimas do omnium, quae possideo.

Divus Chrysolomus homil. 11. S. Sixtus Papa Epistol. de malis doctoribus, docent, Christum Dominum hinc loqui de Phariseis, & Scribis, qui dicebant, & observabant legem: nam, dum dicitur: Justitia vestra abundet plusquam illa; supponitur etiam quod illa sit justitia, aliter enim non comparasset justitiam, quae erat, justitiae, quae non erat; plus enim, & minus ejusdem generis sunt. Tamen multo aptiori modo intelligitur locus cum D. Augustino lib. 20. de civitate cap. 9. & lib. de fide, ac operibus cap. 26. & D. Isidoro Pelusioti lib. 5. Epistol. 79. D. Paulino Epistol. 2. D. Leone serm. 7. de mense Junii. D. Thomas Abulen. & aliis, de Phariseis, ac Scribis, qui dicebant, & non faciebant; hos enim frequenter Christus arguebat. Matth. 23. num. 2. Super cathedram Moysi sederunt Scribae, & Pharisei, quaecumque dixerint vobis, facite: secundum opera eorum nolite facere, & Luc. 11. num. 46. & alibi saepe. Unde ait Augustinus proxime citatus. Justitia Pharisaeorum est dicere, & non facere. Et ita tota justitia Pharisaeorum erat in apparentia, ut ait D. Thomas.

QUESTIO I.

Quenam esset justitia Pharisaeorum, & quare insufficientis ad regnum caelorum?

IUSTITIA Pharisaeorum ad regnum caelorum erat insufficientis, quia tota in apparentia hominum posita erat. Nam primo, ut docent D. Augustinus proxime citatus, Isidorus Pelusiotus, Euthymius, Abulen. docebant, & non faciebant, ut patet ex Matth. 23. proxime citato. Justitia Apostolorum sit abundans, ut faciat, & doceat: Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus erit. Vide cap. 11. numero 69. & 73. 74. & 75. Secundo. Justitia Pharisaeorum, ut infra videbimus, tota erat in exteriori: nam sibi persuadebant, actus externos occidendi, adolere